

PRACTICA ET TRACTATUS VARIJ,
SEU QVAESTIONES,

AE G I D I I B O S -
S I L P A T R I C I I M E D I O -
L A N E N S I S , I V R I S C O N S V L T I L O N G E
C L A R I S S I M I , C A E S A R E I Q V E
S E N A T O R I S :

CRIMINALEM MATERIAM SIVE
ACTIONEM FERRE OMNEM EXACTE CONTINENTES:
in quibus etiam plurima ad Iuris Publici interpretationem: ueluti de Fisco,
de Principis autoritate ac potestate: nec non de iure Feudorum, & de ue-
ctigalium conductionibus, remissionibusq; pensionum, per-
tinentia, diligentissimè explicantur.

O P V S,

I V S D I C E N T I B V S E T I V R I S S T U D I O S I S U T I L I S S I -
mum, ac causarum Patronis maximè necessarium: Quod haftenus quidem in lucem edi-
tum fuit: nunc demò recens, sed multò felicius, quàm antehàc renatum, & à men-
dis propemodum innumeris, collatis omnibus diuersarum edi-
tionum exemplaribus, acuratissimè re-
purgatum.

TRACTATVVM ELENCHVM PROXIMA, POST
praefationem, pagina monstrabit.

Cam Summarijs singulorum Titulorum, et INDICE Rerum, uerborum ac mate-
riarum omnium notatu dignarum locupletissimo.



B A S I L E Æ,
P E R S E B A S T I A N V M H E N R I C P E T R I

ANTONIVS PERENOTVS EPISCO-
PVS ATREBATENSIS,

FRANCISCO BOSSIO IVRECONSULTO,
S. P. D.

IVI T mihi in patrem tuum, foelicis memoriae, ea voluntas, & animi affectio, ut res eius omnes statum, & fortunas desiderarem, quam foelicissime succedere, ac optimo loco esse, tum uirtutis, ac honoris eius causa, cum quia, quae constans memoria superest, quod eum talem arbitrarer, qualis omnium existimatione habebatur. Virum eruditissimum, & iurisprudentiae consultissimum. Neque aliter de te existimo, quia fortes nascuntur ex fortibus, haeredem te tam uirtutum, ac laudis paternae fore, quam eruditionis, ac singularis studij, ut Reipublicae, ac statui uestro, utilitati ac bono futurus sis: quod in partem eloquentes, & eruditionis indices literae tuae testantur, tum expectatio multorum, paria paternis monumentis fore, quae in eo studij genere meditaris. Itaque quod mihi fuit beneuolentiae erga patrem tuum, & eos qui ueris uirtutibus sic commerentur, idem cupio à me expectes, quantum ex occasione, & aequa conditione poterò, adiuturum me quaecunque ex tuo commodo esse arbitrabor. Quae uerò habes paterni ingenij monumenta, de quibus multorum relatu mihi constat esse talia, ut praeter publicae utilitatis detrimentum, non debeant celari, & ea, & si quid simile ipse sub manibus habes, me uolente & hortante feceris, si in publicum emitti cures: quia & famam familiae uestrae honesto modo uendicabis, & publicae utilitati profueris, & ingenij uires exerces, ut te plures sciant dignum, qui rebus gerendis admouearis, in quo & alijs rebus tuis, si quid te poterò adiuuare, faciam ne frustra meam operam uidearis desiderasse, cui cupio salutem.

ILLVSTRISSIMO,

ET REVERENDISSIMO S. R. E. CAR.

DINALI ATREBATENSI GRANVELLANO,

ANTONIO PERENOTO,

FRANCISCVS BOSSIVS IVRECONSULTVS,

ÆGIDIJ, FILIVS S. D.



TSI mea sponte nihil unquam antiquius habui post Ægidij parentis mei immaturum interitum, quàm ut librum summo, continentiq; multorum annorum labore, pluribusq; uigilijs ab eo elucubratum in lucem ederem, tum ad communem omnium utilitatem, tum ad eius nominis memoriam sempiternam: tuæ literæ tamen aliquot ab hinc annis scriptæ, quibus me ad hoc ipsum amantissimis, atque honorificentissimis uerbis hortatus es, currentem etiam atq; etiam incitarunt: nam uel tuam autoritatem aspernari, cuius neminem unquam posset pœnitere, uel uoluntatem negligere, quam maximi semper faciendam duxi, nefas esse putassem. Itaque que totus in eam curam, & cogitationem incumbere, ut quamprimum liber exiret, cuius rei causa cum is à me diligentius legeretur, quòd scirem Ægidium aduersa prius uoletudine, ac demum morte præuentum, operi minus adhuc perfecto, ultimam (ut aiunt) manum imponere non potuisse: animaduerti pluribus in locis uerba deesse, consultò omissa, & postmodum apponenda, easdemq; sententias isdem sermè uerbis, non uno in loco repetitas, multaq; librarij inscitia non corrupta solum, sed planè etiam deprauata. Postremò etiam uidi Ægidium ipsum, dum aduersus hominum ingenium, calliditatem, atq; solertiam, infinitasq; & inextricabiles Iureconsultorum sententias, ueritatem solum nudis, simplicibusq; uerbis explicat, & defendit, leporem omnem sermonis, omniaq; dicendi ornamenta penitus contempsisse: ita ut mirum uideri debeat, eum, qui iuris ciuilibus intelligentia ad ueteres Iureconsultos, quam proximè uidebatur accedere, quiq; non modo responsa eorum sæpissime legerat, sed uel singula etiam uerba probè admodum tenebat, tam diuerso tamen, & illis ipsis minime probato dicendi genere usum fuisse. Quapropter putauì necessarium esse, mihiq; maximè debitum, studium, & diligentiam adhibere, ut liber opera mea paulò emendatior prodiret: cum præsertim certo scirem (si quis mortuis sensus est eorum, quæ hinc apud nos geruntur) parenti meo me gratissimum facturum, quem non semel ingrauescente morbo, dicere solitum meminisset, nulla se grauiore molestia affici, quam quòd ante diem exactæ ætatis, supremo fato properante, lucubrationes suas corrigere, perfectèq; absoluere nequiuisset. Sed cum opus aggressus essem, cœpit me summum desiderium addendi aliqua, quæ isdem de rebus, post parentis mei obitum copiosè scriptis, mandata fuissent, nouasq; etiam quæstiones (sic ubi

AEGIDIUS BOSSII PA-

TRITII MEDIOLANENSIS, IVRE

CONSULTI CLARISSIMI, CÆSA-

REI QVÆ SENATORIS,

Tractatus varij ad criminales causas, & ad fiscum, Principisq; auctoritatem ac potestatem, necnon ad neccigalium conductio nes, remissio nesque pensionum pertinentes.

TIT. DE DELICTO.

S V M M A.

- 1 Delictum fuisse contra suam privam constare debet.
- 2 Visitatio fieri solet per Curiam, & mittitur Notarius, qui morum amaret, & modera describat.
- 3 Delictum dolo & scilicet commissum in primis constare debet, antequam procedi possit.
- 4 Qualitas facti constare debet sicut factum.
- 5 Venenum & per os datum, & in corpore contractum non veni affert.
- 6 Veneni illius signa.
- 7 Medici iudicio standum est, an ex veneno dato, an in corpore contractum quasi sit venenum.
- 8 Mortui post episcopum magnam venenatatem quando dicitur ex illa decessisse.
- 9 Delictum dupliciter consideratur in datione veneni.
- 10 Mori que delictum sapit tribus ex causis consideratur.
- 11 Confessio delicti etiam per se a sumptuam probationem.
- 12 Probatio à circumstantiis accidentibus est concludens & legitima.
- 13 Probatio semiplena interdum plene dicitur.
- 14 Delictum constare debet data inquisitionem, necnon ante interrogationem.
- 15 Confessio delicti sola, non confitio de delicto, non sufficit ad condemnationem.
- 16 Confessio delicti sufficit ut procedi possit, quando de delicto constat saltem per indicium.
- 17 Quedam maxime auctoritatis, & Princeps existimatur in crimine dicitur.
- 18 Delictum constare debet, vel per testes, vel per indicium aut rei evidentiis.
- 19 Confessio delicti quod legum non dimitit, sufficit ad probationem etiam avariam ubi processit indicium delicti & delinquentis.
- 20 Factum per conjecturas probatur ubi agitur civiliter.
- 21 Querela doli non nisi sufficit ut procedatur in furto.
- 22 Facti criminaliter procedi non potest, ubi non appareat quod factum saltem in peccare sit factum.
- 23 Iustum peccatum absolvendum, quam condemnatione.
- 24 Index debet invitare collateralem ad usenda iurata.
- 25 Inspectio rationes alius probationes solet fieri.
- 26 Substantia rei debet probari antequam de qualitate cogoscatur.
- 27 Copula carnalis in impubere non probatur per a sumptuam ex praesumptis, ad copulam, nec quia ipse, ut si fuerit supra factum.
- 28 Impotens presumitur minor quatuordecimo annis.
- 29 Copula carnalis probatur per iuramentum viri, qui aliter impotens sit non cum cohabitatio.
- 30 Copula terra quomodo ostendatur, & que sint necessaria

ad illam ostendendam.

- 31 Potentis in eorum quomodo probetur.
- 32 Inceptio de non substantia rei semper potest opponi.
- 33 Nomen occisi vel occisori, dummodo constat de delicto, non est necessarium ad formandam inquisitionem, & condemnationem.
- 34 Procedi non potest contra praesentem opem vel auxilium, nisi constat de delicto principale.
- 35 Mandans non potest molestari, nisi constet de delicto mandatorij.
- 36 Falsi puniri non potest procurans quod Notarius falsum commisit, nisi constet de falsitate Notarij. Et ibi dicitur item idem in producente falsos testes, quia prius debet constare de falsitate testium.
- 37 Falsi puniuntur qui fecerit se alium fraudulenter.
- 38 Mandans vel opem praesentem puniri non potest nisi expressis & expressis de delicto principalis per processum contra mandantem vel auxiliatorem agitur.
- 39 Testis dicitur non valet contra mandantem nisi expressis deponat contra homicidam.
- 40 Inquisitus de auxilio vel mandato potest puniri civiliter dummodo constat de delicto, licet non constet de certa persona delinquentis.
- 41 Inquisitus de auxilio, vel mandato ubi dispersus est poena, non potest puniri criminaliter, nisi constet de persona certa delinquentis.
- 42 Inquisitio formari potest, & nomen occisori apponi illi, cui iudex notarius, quando duo intervenierint homicidia, & unum videtur tantum esse illatum, & per est poena occisori & auxiliatori.
- 43 Inquisitio generalis contra plures de auxilio & homicidio formata, licet non appareat homicida, sustinetur.
- 44 Processus contra principalem factus, non nocet accessorio, nisi ut illi.
- 45 Processus potest fieri, & contra plures principales, & contra principalem & accessorium simul.
- 46 Contumacia amix ex simul accusari non facit quod suspensio quod ad alios.
- 47 Procedi potest contra principalem & accessorium simul, licet constare prius debeat de delicto principali contra accessorium.
- 48 Mandans homicidium fieri puniuntur ad mortem ex Decretis Mediolani, etiam non confitio de principali.
- 49 Confessio mandantis sola non sufficit ad condemnationem, nec etiam ubi mandatum non sequatur effectum puniuntur.
- 50 Confessio mandatum ad homicidium non excusat etiam quod mandantem compersit, & seget mandantem aliquid mandasse vel dicit se motu proprio fecisse.

B A S I L I A E,
PER SEBASTIANVM HENRICPETRI,
ANNO SALVTIS MDCCLXXIII,
Mense Vmbri.



